

## Werk

**Titel:** Antibodini Iuridici Prodromus  
**Autor:** Klengel, Christian; Coch, Dietericus  
**Verlag:** Literis Röhnerianis  
**Ort:** Wittebergae  
**Jahr:** 1658  
**Kollektion:** VD17-Mainstream  
**Gattung:** Dissertation;jur.  
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
**Werk Id:** PPN757418236  
**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN757418236>  
**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=757418236>  
**LOG Id:** LOG\_0003  
**LOG Titel:** Caput Secundum.  
**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.  
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.  
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

State deniq; exuto Imperatore, & num Iudex ejusdem salutari  
mereatur, meum non erit definire. Qvicq; sit, spes Palatin<sup>o</sup>  
superest recipiendi dignitatem pristinam, deficiente linea Gwil-  
helmania masculinā, per Instrum. Pac. Osnabr. art. IV. Man-  
tissæ loco duo subjiciam. Primo Bodinus gentilia Principum  
jura beneficio Religiosæ Pacis renovata ait, post diurnas bel-  
lorum civilium clades. At ego de pactis hujusmodi successo-  
riis nihil inibi reperio. Secundò tradit, ad obscuras familias hac  
pacta non pertinere, ut iuris publica, quantum quidem fieri potest,  
omnium communia sint & eadem. Sanè pacta successionis reci-  
proca nolim privatis demere penitus, Treutl. Vol. I. D. VI th. IX.  
lit. B. D. Carpzov. lib. V. respons. jur. tit. I. resp. V. Resistit enim  
favor militum, & conjugum favor resistit.

#### CAPUT SECUNDUM.

- |  |  |
|--|--|
| I. Haud datur libertas nullis legibus.                                   | XII. Pœna adulterii qualis in fœmina Jure Justiniane?  |
| II. Libertatis desiderium populo subdito non parit justam bellum causam. | XIII. Ob graves inimicitias separatione qvoad torum & mensam obtinet.                                  |
| III. Princeps non omnibus solitus est legibus.                           | XIV. Inter conjuges non est locus famosis actionibus.  |
| IV. Jus Naturæ an nunquam abcerret à Jure Divino?                        | XV. Libertas promiscua divorzierum haudprobanda, auctoritate Magistratus eliminata.                    |
| V. Vocabulum concubinae ambiguum est.                                    | XVI. Matrimonium mutuo consensus sive potius disensus an dissolvendum?                                 |
| VI. An liceat marito injicere manus uxori?                               | XVII. Maritis debetur obsequium atq; reverentia.   |
| VII. Inter defonsatos stuprum non admittitur.                            | XVIII. Interdū splendor à marito, interdum ab uxore pullulat.  |
| VIII. Tempus, quo se exercit mari-<br>tale imperium, explicatur.         | XIX. Uxor seqvitur maritum exulem. An & vagabundum?  |
| IX. Filiofam. non denegandum imperium in uxorem.                         | XX. De dominio dotis. Item de differentia Juris Divini, ac Naturalis præcipientis & per-<br>mittentis. |
| X. Filiā nondum emancipata nu-<br>bens est in potestate mariti.          |  |
| XI. Qvo sensu dicatur marito<br>jus vita ac necis competiſſe?            |  |

B

I. Per:

I. PErduxit me ordo ad caput III. Bodini, cuius initium libertatem nullis astrictam legibus à natura datam inculcat. Verum ego, pace Bodini, nullam ejusmodi libertatem, legibus omnino solutam, agnosco. Hinc Florentino in L.IV. D. de stat. hominum libertas est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quid vi, aut jure prohibetur. Scilicet legum icirco omnes servi sumus, ut liberi esse possumus. Deinde nec ad jus naturale positivum (ut Bodinus sentire videtur) sed ad negativum libertatem refero th. II. cap. IV. Obstare dixeris, quod libertini non naturae, sed domino acceptam ferant libertatem, ut male concocta videatur definitio J.Cti. Summatim regero, per manumissionem parari minimè novam libertatem, sed facultatem illam, quam servitus impeditiebat, restitui, Ludwell. ad §. I. Inst. de jur. person.

II. Petgit Bodinus libertatem à natura concessam alterius imperio ac potestati subjicere. Sed an nre libertas sive singularum, sive civitatum, i.e. *civopolia*, quasi naturaliter & semper qvibusvis competit, jus bello præstare potest? Negat Grotius lib. II. de J.P. & B. c. XXII. n. XI: *Libertas (inquietus) cum natura competit hominibus aut populis dicitur, id intelligendum est de jure naturæ precedente factum omne humanum, & de libertate <sup>h. t.</sup> seipso, non de ea, quæ est <sup>h. t.</sup> exercitio <sup>h. t.</sup>, h.e. ut natura quis servus non sit, non ut jus habeat, ne unquam serviat. Nam hoc sensu nemo liber est.*

III. Porro duplex est potestas Bodino nostro, publica, & privata. Publicam, eorum nempe, qui summum imperium habent, legibus solvit. Ego sanè distingvendum esse reor (quod & alibi Bodinum fecisse comperior) inter Principem verētalem, & tyrannum, inter vim legis coactivam, ac directivam, *Fachin. lib. I. controv. jur. c. II. Excellentis. Dn. Ziegler. exercit. I. de Jurib. majestat. th. XV.* inter leges divinas, naturales, & positivas, *D. Hahn. Obs. ad D. de LL. n. VII.* Nec modò legibus certis tenetur Princeps, sed & contractibus ejusdem, quos leges appellare detrecto, præente Grotio II. de J.P. & B. c. XIV. n. IX. obligatio subest, licet non eadem ubiqꝫ. Princeps enim quā privatus contrahens & civiliter & naturaliter obligatur; ut Princeps,

ceps, jure solo naturæ tenetur, Grot. dict. loc. n. VI. Hahn. obs. ad  
D. de constit. Princ. in fin.

IV. De eo jure dubitatur: an semper congruum sit juri  
divino? Ita sentire videtur Bodinus: *Recta ratio à divina volun-*  
*tate per se ipsa nunquam aberrat.* Illud enim verè ac propriè  
jus est naturale, qvod ex recta ratione & simplici hominis natu-  
rali notitia fluit, §. I. Inst. de J. N.G. & C. Impropiè jus natura-  
le dicitur, qvod natura omnia animalia docuit, pr. I. cod. tit.  
Neq; patior, illud secundarium, hoc primævum(ut loqvuntur)  
appellari. Dissentientem audire lubet Grotium; *Monemur*  
*cavere à dicto Covarruviae, non pati humanam cognitionem, juris*  
*naturalis non ignaram, qvicquam naturali nitione permitti, qvod*  
*apud Deum, qui ipsamet natura est, non sit idem permisum.* Nam  
Deus, qui ita auctor est naturæ, ut & supra naturam agat libere, jus  
habet nobis leges prescribendi etiam de his rebus, qvæ natura suâ li-  
bere, indefiniteg, sunt, multog, magis ut debeatur id, qvod natura  
honestum est, et si non debitum. Alias qværi solet: an jus natu-  
rale à Decalogo differat? Negat Frantz. Comm. in D. de J. &  
J. n. CXIV. si effectum respexeris,

V. Veniamus ad imperium mariti, qvod uti adversus  
uxorem illi largitur, ita in concubinam prouersus abnegat con-  
cubino Bodinus. At solvenda erit ambiguitas vocis concubi-  
nae, ne mali aliquid ubiq; suspiceris auditio nomine. Impro-  
priè concubina veram quidem notat uxorem, sed qvæ concubi-  
na nuncupatur intuitu effectuum nonnullorum civilium, D.  
Hahn. Obs. ad D. de concubin. Grotius: *Observandum est, concu-*  
*binatum qvendam verum ac ratum esse conjugium, et si effectibus*  
*qvibusdam Juris Civilis proprijs privetur, aut etiam effectus qvos-*  
*dam naturales impedimento legis civilis amittat, Lib. II. de J. P. &*  
*B. c V. n. XV.* Adde cap. VII. n. IX. Propriè concubina foemina  
est soluta, minus honesta, qvam quis concubitus gratiâ alit, sub-  
moenianarum osor. De hac verba sua concepit Politicus, cui  
neq; Jus Canonicum, neq; Jus Divinum vetus ac novum, neq;  
jus positivum novissimum favet, odio turpitudinis. Cetero-  
qvi L. XXIV. D. de rit. nuptiar, perniciosa[m] estimare cum Bod-  
ino detrecto. Quidni enim honestum potius, qvam inhone-  
stum

Num præsumere anheles? postquam jure civili nuptias consensus facit, L.XXX. D. de R. J. eorum nempe qui contrahunt, & quorum in sacris positi reperiuntur contrahentes, Job. Neldel. ad d.l. XXX. Nonne filius ex uxore adulterii insimulata natus legitimus præsumitur? Ita videtur Gailio II. obs. XCVII. n. VII. Non diffiteor tamen, Jure Canonico, & moribus nostris absq; ~~ieglorū~~ justum nequaquam censeri matrimonium, can. I. II. III. & seqq. c. XXX. q. V. can. XIX. c. XXXV. q. II. & III. can. IV. c. III. q. IV. cap. III. de clandest. despōns. quamvis illa non sit de essentia, uti docet Hahnus noster obs. ad D. de his qui sui vet alien. jur. n. II. Item de rit. nuptiar. n. V. Add. Cunr. Ritterbus. lib. II. different. Jur. Cir. & Can. c. XIX.

VI. Sed redeo ad imperium mariti, quod usq; adeo extendit Bodinus, ut marito licentiam impertiatur injiciendi manus in uxorem. Jure mariti id minimè licere putaverim, Petri Theodoric. disp. X. colleg. crimin. th. IV. lit. B. In gratiam quippe imbellis sexus hoc pugnat argumentum: Quodcunq; nodum amoris conjugalis & propensionis discindit, marito non est permittendum temere. Atqui grāſari in uxorem verberibus nodum conjugalis amoris & propensionis discindit. Ergo grāſari in uxorem verberibus marito non est permittendum. Chrysostomus: Nullum sit tam magnum peccatum, quod ad verberandam uxorem vos viros compellat. Ultima namq; ignominia est non ejus, qui verbemittit, sed qui verberat. Nihilominus alii modicam castigationem non invident marito, provocato nimis opere. Sicubi autem animadversione & castigatione opus est, ea contumeliā vacare debet. Svatet hoc Nov. CXVII. c. XIV. Add. Job. Oldendorp. clasf. VII. art. XII.

VII. Plus momenti habet, quod Bodino placet, sponsum in sponsam involantem, eiq; stuprum inferentem capite puniendum esse. Suffragium tegit, imo vero negat L. un. C. de mpt. virgin. in qua sponsam suam per vim rapiens haud meretur impunitatem. Supposititium aliis videtur sponsæ vocabulum, Gotbofr. add. L. un. lit. H. Qvicquid id est, raptum & stuprum differre nemo ambigit. Sed nec stuprum inter despontatos admitti dixerim, licet Ordinationem Ecclesiæ contemptim-

conferant effræni libidinis impetu agitati. Deniq; nec violentiam inter eos præsumo, qvì animo juncti corporum conjunctionem non adeo abhorrent anticipatam.

XI. Ab ista corporum conjunctione tempus auspicitur Bodinus, qvo imperii maritalis splendor sese exerit: *Sic statu* (inquit) *non esse partum ejusmodi contractu maritale imperium, nisi maritum uxor secuta fuerit, cum Theologorum, ac Pontificum decretis, quorum maxima est autoritas, quoties de jure connubiorum disputatur, vix ulla nuptiarum ratio habeatur, nisi corporum mutua conjunctione contraria sint.* *Quod multarum gentium moribus disertè exceptum est, cum de communicandis utilitaribus, qvæ ex connubio questæ fuerint, disputatur.* Sed post eam, quam diximus, maris ac fæminæ legitimam conjunctionem uxor est in potestate mariti. Totus hic diversus sum à Bodino. Primo non astipulor connubium appellanti contractum, licet idem velit Wesembec. parat. ad D. de sponsal. n.I. alios contractus rerum, alios personarum ostentans. Ego verò omnes omnino contractus rerum, nullos personarum esse summam defendam confidentiâ. Nec Ludovicus Molina matrimonium inter contractus consensu fretos bellè collocat. Summatim matrimonium non esse contractum existimo, nisi latissime. Deinde satis minimè facit Bodinus, qvi conjunctionis demum corporibus mariti imperium suscitari autor est. Ergone imperium illi præripies, qvi ob impotentiam coire nequit, quam vel casu, vel ætate contraxit? Rectius statim post *ieeglogias* imperio maritali vela pandimus. Deniq; utilitates matrimonii non nisi post arctam eam conjunctionem Bodinus communicari censet. Sanè ubi statuto invaluit successio conjugum invicem, illa non expirat, si alteruter post actum *ieeglogias* reliquias spiritus egerit, nondum mixtis corporibus, *Habn. Obj. ad D. de sponsal.* In hisce verò terris ingressum tori conjugalis desiderari me haudqvaquam latet, inspectâ constitutione XIX. Electoris Augusti part. III.

X. De filio familias qværitur, an in uxorem habeat imperium? Insciatitur Bodinus, fulciens sententiam suam benivolentiâ tituli institutionum, qvibus modis jus potestatis solvitur. At

ruinæ proximus est, nisi adhibuerit repagula, optanda magis,  
qvam speranda. Nisi fallor, decepit eum Ulpianus male intel-  
lectus: *In sua potestate non viderur habere, qui non est sua potesta-  
tis.* L.XXI.D. ad L. Jul. de adult. Porro graviter molesteq; fero,  
dum Bodinus uxorem sui juris, si filiosam. nupserit, & in saceri  
domum commearit, unâ cum marito saceri potestatem subire  
amat, invitâ admodum jurisprudentiâ. Etenim si rem nobiscum  
rectâ reputamus viâ, in potestate nostra sunt liberi ex justis nup-  
tiis procreati, pr. I. de patr. potest. legitimati, §. fin. I. de nupt.  
adoptati, tot. tit. I. de adopt.

X. Nec minus iniquus est Bodinus juri nostro, iniquitatem  
illi obtrudens: *Ac profecto iniquum videtur, quod legibus Roma-  
nis cautum est, nisi filiajam. emancipata sit à patre, etiam si desertâ  
domo paternâ mariti domicilium sequatur, non sit in mariti, sed in  
patriis potestate futura.* Litor loquitur, nec qvicquam farragi-  
ne legum proficit. Subit verò Treutlerum mirari, quod is Vol.  
II. Disp. VI. th. VII. lit. I. comitem se præbeat vel sectatorem, cuius  
conatum refutat Bachovius, ut verbis meis non opus sit. Quod  
annedit Bodinus, mōribus nostris paternâ potestate eximi fi-  
liam, qvæ maritum elegit, pervulgatum est Jure Saxonico, D.  
Hahn. Obs. ad D. de his quisui vel alien. Jur. Secus est in filio eo  
jure, D. Ludwell. ad §. VI. I. qvib. mod. jus potest. solvit. D. Hahn.  
obs. ad D. de adopt. n. VII. Add. constitut. Elector. August. X. part. II.  
Georg. Schulz. Synops. Instit. qvib. mod. jus potest. solvit. §. VI.  
lit. D.

XI. Sed nec quod de jure vita ac necis in uxorem Bodinus  
memorat, aliter explicare amo, qvam de impunitate forte agen-  
di, qvæ impropriè jus dicitur. Nam primum lex jus necis non  
habet in omnes, ex qvovis delicto, sed demum ex delicto tam  
gravi, ut mortem mereatur. Deinde lex nec debet, nec solet jus  
dare, etiam eos, qui mortem meruerunt, priuatim interficiendi,  
nisi in criminibus valde atrocibus. Alioqui frustra instituta esset  
judiciorum autoritas, Grot. II. da J. P. & B. c I. n. XIV. Imo verò  
nec impunitatem mereri dixerim maritum, qui uxorem in  
adulterio reprehensam impetu tractus doloris interfecit,  
L. XXXIX. §. IIX. D. ad L. Jul. de adult. Adulterii ream porro  
quod

qvod attinet ad conjugem, istius poenam proximorum arbitrio  
qvondam permisam fuisse ex Bodino accipimus. At nec hodie  
maritus solus genialis tori vindex est, sed etiam proximis, ne-  
cessariisq; personis copiam accusandi deferri placuit, L. XXX.  
*C. ad L. Jul. de adulst.* non aliis, *D. Ludwell. ad §. I. Inst. de publ.*  
*judic.* Quid si uxor adulterii rea lenocinium allegaverit, an re-  
pellet maritum ab accusatione? Lenocinium maritum qvidem  
onerat, non tamen excusat mulierem, *L. II. §. V. D. Jul. de adul-*  
*ter.* Extraneus autem nequaquam lenocinium objiciens, postea-  
quam reus factus est, se relevabit, nec maritum poenae subjiciet,  
*d.l. II. §. VII. Varietatis ratio hec est, autore Cujacio Lib. XX.*  
*obser. c. VII.* qvia uxor, qvæ marito lenocinium objicit, retorquet  
in eum crimen, & cuilibet reo quandocunq; retorquere crimen licet  
in accusatorem. Extraneus objectio lenocinio non retorquet cri-  
men, qvoniam non ipse lenocinio pellectus est, sed mulier. *Add. Rit-*  
*tershus part. IV. Jur. Justin. cap. X.n.V,*

XII. Cæterum si Bodino assentimur, ab adulterii poena  
immunes reddidit fœminas Justinianus: *Theodora* (air) *Justi-*  
*niani Aug. uxor, qvæ fasces imperii marito sanè stupido & illitera-*  
*to principi ademerat, cum omnia beneficia fœminis adversus mari-*  
*tos tribueret, eas etiam adulterii pœnā liberavit.* Non diffiteor  
qvidem, jure Justinianeo mitiorem dictatam fuisse poenam  
uxoribus, qvam viris adulteris; attamen vix præsumo, Legisla-  
torem contemptâ enormitate delicti sibi qvicqvam persvaderi  
passum fuisse. Alia mitigationis ratio arridet *Carpzovio part.*  
*II. crimin. quest. LIII. n.X.* Sed nec vela ita famæ suæ dedisse au-  
guror Justinianum, ut fasces imperii, verè fasces, conjugi  
transmitteret, nisi eos, qui consiliis interdum assistunt, impera-  
re dixeris, illos, qui consilia expetunt, parere. Deniq; qvâ fronte  
stupidum atq; illiteratum exclamare Justinianum nostrum po-  
tuerit Bodianus me latet, nisi impudentiam & veri odium alle-  
gaveris. Adi saltem & audi *D. Arumæum Vol. I. discurs. Academ.*  
*de jur. publ. disc. XXXIV. rh. III. D. Ungepauer. exerc. Justin. I.*  
*D. Ludvvell. diss. I. ad Inst. rh. II. lit. C.D. Adam. Ricc. de quantit. &*  
*qualitat. Jur. Rom. aphor. XIII. Platin. de vit. Pontif. Roman. sub Bo-*  
*nif. II. eruditionem Principis commendantes. Seqvi hunc alios*  
Princi-

Principes convenit, ut ipsi regant, non regantur à sycophantis.  
Sufficiet autem illa nosse, quæ commendent, & juvent, Lips. I.  
Polit. c. X. §. XIV. in not. Zevecot. obser. Polit. ad Sueton. Cæsar.  
c. LVI.

XIII. Præter adulterium, cuius ante memini, sola malitia  
sa desertio operatur divortium. Sævitia qvippe intolerabilis,  
ut & insidiæ, atq; inimicitia capitales torum modò ac mensam  
separant, cum semper fere spes reconciliationis subsit, D. Hahn.  
obs. ad D. de divort. & repud. n. IX. Add. D. Carpzov. lib. II. Juris-  
prud. Consistor. tit. XII. defin. CCX. Apparet hinc, qvid tribuen-  
dum sit Bodino : *Nostris moribus integrum est uxori ob injurias  
graves illatas à marito repudium in jure petere. Neg. enim inju-  
riarum actio conjugibus inter se permitti debet.* Quasi verò nullum  
aliàs suppeteret remedium abolendæ injuriæ ? Hic illud  
qværam : an maritus ab uxore ob sævitiam sejunctus restituore  
teneatur dona dotalia, adempto penitus usufructu ? Non puto.  
Sed nec successione, aut portione, vigore statuti alicujus fortè  
debitâ, privari meretur. Finckelb. obs. XXXI.

XIV. Illud rectius aseritur à Bodino, expilate hæreditatis,& furti actionem conjugibus inter se, aut hæredibus alterius  
trius adversus alterum lege prohiberi, propter connubii digni-  
tatem, L. I. L. II. D. de act. rer. amot. L. IV. C. de crimin. expilat. hered.  
Sed qværitur, an in solidum, an verò in id tantum, qvod ad illos  
pervenerit, teneantur hæredes ? Posterius amplectar svasu  
L. III. C. rer. amotar. Oppones, qvod rerum amotarum actio sit  
rei persecutoria, L. XXVI. D. de actions rer. amot. qualis in solidum  
adversus hæredes dari sivevit, L. XII. D. de O. & A. Responsio est  
in promptu. Sed nec officit mihi L. VI. §. IV. D. de act. rer. amotar.  
junct. L. IX. D. de condition. furtiv.

XV. Quem laudavi modò, denuo in scyllam incidere com-  
perior Bodinum, dum ad superbiam fæminarum, & maritorum  
iracundiam coercendam nullam sanctiorem legem judicat, quam  
que repudiandæ uxoris jus integrum dat marito, si vel minimum ci-  
displicuerit. Prorsus nihil abest, qvin Carvillianum seculum redu-  
cat Bodinus, à quo abhorrent leges nostræ, ut sibi res suas me-  
ritò habeat. Præterea nihil perniciosius videtur Bodin, quam con-  
jugem,

*jugem, qui repudia querat; non aliter id impeirare posse, quam  
causā Iudicibus probatā.* Ego certè pernicioſiſtimam iſtam ſen-  
tentiam in viſio pono. Egregiē D. Carpzovius: *Multum diſſere  
ſeparatio conjugum qvoad torum & mensam à vero diſortio, ue-  
baud parum errent Canonifſe, hæcce duo confundentes.* Conveni-  
unt nibilominus in eo, qvod nec diſortium, nec ſeparatio qvoad to-  
rum & mensam propriè fieri queat auſu conjugum, ſed Magiſtri-  
tus ecclieſiaſtici autoritas accedat neceſſe eſt, lib. II. Jurisprud. Con-  
ſitor. tit. XII. deſin. CCXI. num. I. II. Diſſentit Bellarmin. de ma-  
trīm. c. XIV. ſeparationem qvoad torum privatō conjugum ar-  
bitrio relinqvens. At licentiam hanc de eo caſu ſolo largitur  
Carpzovius, qvo propter obſcenitatem innocens ab adultera  
abſtinet, ne crimen condonasse exiſtimetur. Neq; tantū Magiſtratus authoritatē deſidero magnopere, ſed & cauſa ex-  
ponenda erit rupturæ. Ita D. Carpzovius: *Cum ſeparatio non  
obtineat, niſi juſta ſubſit cauſa, baud certè fieri poterit abſq; prævia  
cognitione Magiſtratus, cuius ſoliſ judicio permittendum, quānam  
cauſa probabilit̄ & ſufficiens habeatur, diſt. loc. n. VII. Conſer Arnold. Corvin. aphorism. adjuſ Can. lib. II. tit. XV. XVII.*

XVI. Poſtqvam verò exemplis Hebraeorum contrariis  
ſatis debacchatus eſt Bodinius, denuo ad libidinem ſuam agitat  
Justinianum immeſeritum: *Anaſtaſiuſ repudium urriug, con-  
ſenſu impune fieri permifit*, L. IX. C. de repud. qvod ab Justiniano,  
vel potius à Theodora conjuge abrogatum eſt, auth. qvod bodie. C.  
cod. tit. *Utrum magis expeditat Reip. ſatis opinor ex iis, qvæ dixi-  
mus, intelligi potest.* Jure ſanè reprobata eſt illa Anaſtaſii con-  
ſtitutio. Nec enim licentia Judaica repudiorum inter Chri-  
ſtianos exaudiri debet. Minimè tamen diſſiteor, Justinum II. in partes Anaſtaſii concesſiſſe Noy. CXL. abrogatā patris adopti-  
vi constitutione, Rittershus. part. IV. Jur. Justin. c. VII. n. VII.

XVII. Qvæcunq; tandem fuerit legum vicisitudo, qvam  
interdum utilem, imo neceſſariam prædicto, D. Reinking. de R.  
S. & E. Lib. II. cl. II. cap. V. D. Uingop. exerc. Justin. II. qv. IX. o-  
mnes in eo conſpirant, deberi marito ab uxore obsequium, &  
reverentiam. Inde prono pede ſequitur, baud potuisse ſine  
venia Magiſtratus in juſ vocari maritum ab uxore, qvod præter

Bodinum Cujacio Lib.X. obſerv. c.X. Arnold. de Reyger diſſ. II.  
procesſus judiciar. th.XV. Rittershusio part.IX. Jur. Justin. cap.  
XI. n.XVI. placet, succurrente L.XIV. §.I. D. ſolut. matrim. junct.  
L.XIII. D. de in jūs voc. Perversi itaq; Lacedæmonii, qvos ſervos  
pœnæ jocosè vocat Bodinus, dum patientiâ ſuâ & obſeqvio mi-  
tigabant uxores, dominas appellantes. Cæterum dominæ ap-  
pellatione ſalutare uxorem probroſum non eſt, niſi ſervile ob-  
ſeqvium acceſſerit. Ita in jūre noſtro uxores nuncupari con-  
ſeverunt dominæ, L.XIX. §.I. D. de ann. legat. L.I. D. rer. amot.  
L.XLI. pr. D. de legat. III. ſed iſte dominatus non debet eſe ultra  
colum, penſum, & fuſum, verba ſunt Gailii. II. obſ. CXLIV. n. III.  
Add. Petr. Gregor. Tholof. Syntagma. Jur. univers. Lib.XI. c. III. I. n.  
III. D. Ungep. exerc. Justin. I. qv. VI. Chasan. catal. glor. mund.  
confid. XXXI. D. Limn. Lib. IV. Jur. Publ. c. VI. n. LXV. Incidit  
hic lex iſta regia, cujus memoriam Sexto Papirio debemus:  
Mulier viro legitimè conjuncta fortunarum & ſacrorum ſocia illi  
eſto, utq; domus ille dominus, ita h.e.c domina. Abrumpam per-  
vulgato Aristotelis veriverbio Lib.IIX. Ethic. c.XII: ἐνὶ τῷ ἀγ-  
χεοῦ διὸ γυναικεῖς οὐτινὴν ἔσται.

XIX. Illud non abſremonet Bodinus, uxorem à viro  
ſplendore, velut à ſole, mutuari. Nonnulli cum ſponsa  
qvoq; decus iſtud benigniſimè communicant, Jof. Nold. de ſtat.  
nobil. c.LIII. Hinc foemina nobilis ignobilis nubens partam no-  
bilitatem amittit, L.IIX. D. de ſenator. Obſtare dixeris Ulpiano,  
ut & Bodino, qvod nobilitas illa, de qua ſermo eſt, ſangvini ac-  
cepta feratur. At ſangvinis jura minimè tolluntur lege civili,  
L.XXXIV. D. de paſt. L.IIX. D. de R. J. Perezius: Mulier illuſtris  
nubens inferioris ordinis viro nobilitatem generis non omnino tol-  
lit, ſed obſcurat, & obumbrat qvādam caligine. Ita maximâ &  
mediâ capitis diminutione non cognatio ipſa, ſed ejuſ jux expirare  
dicitur, §.VI. I. de capit. dimin. Moribus autem qvarundam gen-  
tium non planè obſcuratur nobilitas mulierum illuſtrium, nuptias  
contrahendo cum abjecta conditionis Viris, qvod & olim qvidem  
tributum certis familiis, nunc paſsim productum ad illuſtres domi-  
nas, que Comitisa ſunt, aut Ducisa, ut maritos nobilitent, & Co-  
mitatus aut Ducatus dignitatē in eos transferant, qvod conjun-  
ctio

Elio n. aritalis, divini humaniq; juris' communicatio, id postula-re videatur, licet juri communi repugnet. Nam per matrimonii coniunctionem cum quacunq; uxori efficitur de familia Viri, non autem vir de familia Ixor, cuius caput semper est maritus, L. CXXV. D. de V. S. Hinc in Anglia, Svecia, Dania Regina nu-bens marito ignobili eum quidem Regem non facit, & juramentum fidelitatis Regiae prestatur, non marito; attamen hic aliquo modo coruscat radiis sua uxor. At in Hispania matrimonio contracto cum Regina statim maritus consequitur regiam dignitatem, & ad-ministracionem, praelect. in C. de dignitat. n.XLIX.

XIX. Sed & hoc incorruptè Bodinus docet, qvod mari-tus exul & extorris seqvacem habeat uxorem. Conferas velim Gail. II. de P.P. c.X. n.XIIX. Quid de vagabundo sentire con-veniat, prolixum erit explicare. Commendo Treutl. vol. II. Disp. VI. th. VII. lit. I. Schneidev. Comm. in Inst. tit. de nupt. part. IV. n. XLVII. XLIX. Vagabundum describit Gailius I. obs. I. n. XXXIV.

XX. Supereft in Capite tertio, ut dominium dotis ex-plorem, Bodino ignotum, qvem in scholam juris reverti jubet Cujacius Lib. XIIX obs. XXXIX. è qua se rudiorem nimis in fo-rum immisit. Ait enim: *Predii omnibus uxor suo jure uti frui potest maritus.* Omnia uxor prædia concedere marito renuo. Igitur separanda bona dotalia, parapherna, receptio-tia, Mynsing. schol. ad Inst. de excus. tutori. §.XIX. Gail. I. obs. CXXXIII. n.V. Add. Gotbofr. ad L.IX. §.II. D. de J.D. lit. II. Ad res dotales qvod attinet, de qvibus hic præcise sermo est, dominii in legibus nostris mentionem injici competitor, non ususfructus, ut ut circa dominium illud definiendum nō omnes convenient. Liceat itaq; cum Valentino Riemero decad II. qvæst. illustr. I. distinguere. In nonnullis rebus dotalibus soli marito dominium competit, qvales sunt res æstimatae, L.X. pr. L.XII. pr. D.L.X. C. de J.D. L.un. §.IX. C. de R.II.A. Huc etiam ex pertinent, qvæ pondere, numero, & mensuræ constant, L.XLII. D. de J.D. Sunt enim sua natura tales, ut censeantur à lege æstimatae, Gotbofred. add. L.XLII. lit. D. In aliis rebus naturale quidem dominium est uxori, sed legum subtilitate

transitus earum in patrimonium mariti fieri videtur, ita tamen, ut rei veritas neq; deleta, neq; confusa sit, LXXX. C. de J. D. Porro quod de dote aestimata asserui, haud indistincte exaudiri velim. Distinguendum enim esse arbitror cum Fibigio disp. V. Coll. Legal. qvæst. V. semidec. utrum dos aestimata venditionis, an saltem taxationis causâ fuerit data? Refum qvippe taxationis causâ estimatarum eadem est ratio, qvæ in estimatarum. Et hanc de dominio dotis sententiam ante annos aliquot Praeside Excellentissimo Dn. D. Suevo alacriter propugnavi ad JUS DOTIUM attentus, & propugnabo ulterius justo sugillatum. Deniq; Bodino pacta conventa cum Legibus Dei, & Naturæ pugnantia ferre nolenti, et si jurejurando firmata fuerint, limites constituit Balithas. Cellar. Lib. I. Polit. c. II. th. XXX. ne præcipientia jura cum permittentibus confundantur oscitantur.

### CAPUT TERTIUM.

- |   |  |
|---|--|
| I. An sola potestas in liberos sit à natura?          | impunitate dignus est minimè.  |
| II. Alimenta liberis debentur à Parentibus; & contra. | XIV. Præter exhereditationis causas in Nov. CXV. c. III. expressas adhuc alias agnoscimus. |
| III. Liberis obsequiiosis an debeatur præmium?        | XV. Legitima filiorum definita non induxit contemptum Parentum, sed amorem potius.         |
| IV. Inter patrem & filium locus est pæna.             | XVI. Adoptionum iura non antiquavit Justinianus.   |
| V. Qvæ pæna parricidii?                               | XVII. Defenditur Agellius.   |
| VI. Jus vitæ ac necis justissime ademptum Parentibus. | XIX. Adoptivi an regnorum capaces?   |
| VII. Consuetudo legem antiquare valet.                | XIX. Bello capti qvondam servi siebant jure gentium.                                       |
| VIII. Qvale jus patris in bonis adventitiis.          | XX. Debtores obætati an discesserunt olim à creditoribus?                                  |
| IX. De emancipatione nonnulla.                        | XXI. Servitus aliquæ secundum naturam rectè dicitur.                                       |
| X. Ut & de alimentis liberorum.                       | XXII. An servos agnoverint Germani?  |
| XI. In bodiernum usq; diem potestas patria viget.     | XXIII. Jure Hebræorum an obligari fuerint alienigenæ?                                      |
| XII. An liceat Patri vim inferenti resistere?         |  |
| XIII. Pater interactor liberorum                      |  |

I. Hacte-